Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



91

numerus quadra soliditate iungatur. Ducantur ergo
duodecim milia p quatuor. quadraginta & octo
milia fient. Vt uero quod credidit idem ad trinita
tis contemplationem pringat. rursum quadraginta
& octo milia ter multiplicentur. & de se centum. qua
draginta quatuor milia reddant. Iam & centen
arius numerus qui de leua transferitur in dexte
ram. generalem significat nu merum. qui in pfec
tione operis inuenitur in dexte ra sunt collocandi.
Ex tribu iuda duodecim milia signati. Manifeste
ostenditur in hoc loco non nos debere hic carnalem
accipere generationem p hoc qd n secundu ordinem
nativitatis suę filii iacob. ponuntur in hoc catalogo.
Iam iudas qui hic primus ponitur. uiq; quarto
loco natus est. Gad quoq; hic est tertius. ibi octauus
inuenitur. Similiter de ceteris est intuendu. Quod
quare sit factum. ipsa nominum interpretatio mani
festat. Iudas quippe interpratur confessio siue
laudans. In quo eccla. comphenditur quę de pecca
tis preteritis pęnitentiam agit. & a laude creatoris
n cessat. Confiteor enim. equiuocum uerbum. & pro
confessione ponitur. & pro laude. Vnde dns. confi
teor tibi pater cęli & terre. Et psalmista. confite
bor tibi dne in toto corde meo. Ruben dicitur
uidens filium. Et in hoc loco ipsam eccłam. significa
t. quę filios id est opera sua considerat. & uidę
quantum pficiat. aliusq; exemplum bonorum operum
prebę. Per filios enim sepe opera bona designantur.
Vnde est. Videas filios filiorum tuorum. Filii quippe